



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

27. Scholares & alia universitatum supposita, an sint exempta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

aut subditus velit postea contra exemptum agere petitorio, dividenda erit causa continentia, ita quod clericus aut exemptus coram non suo iudicio conventus, declinare poterit, & remissionem postulare ad suum forum. In quam sententiam præcipua etiam iureconsultorum schola descendit. *Menoch. de arbitr. iudic. casu 371. num. 21. f. a. s. n. nulli num. 6. vers. Secundo limbo. C. de iudic. ubi DD. Fel. d. cap. ult. nu. 8. de iudic. Craventa consil. 258. n. 7.* Concludam, adjecta auctoritate Felini, d. cap. fin. n. 8. vers. tertio, sic scribentis: Dividi possunt istæ causæ, si actor & reus sunt diversi fori, textus hic reputatus singularis per legistas l. nulli C. de iudic. intellige hoc, ubi diversitas fori potest allegari ab eo qui convenitur, allegante pro se regulam capituli cum sit Generale, de foro comp. secus si ipsemet agat de uno, qui egit in alio. Itaque, Postremo quando sit præjudicium iurisdictioni alterius, is qui cognovit de causa præparante v.g. possessorio, non poterit cognoscere de causa præparata v.g. petitorio, qua de re videatur fusè Olaseus, *ped. dec. 78. num. 11. 18.* ubi ita limitat legem ubi ceptam. Non enim fieri potest prorogatio iurisdictionis in præjudicium tertii, *Catheran. d. dec. 78. n. 17. Navarr. in Rubr. de iudicis n. 11. & 12.*

Q U Æ S T I O XXVII.

Scholares & alia universitatum membra an sint exempta?

Minime, *Amb. Habita. C. ne filius pro patre. Ausfer. ad quest. Tholosanam 169. Rebuff. de privilegiis scholarum Privilegio. 152. & in proemio digestorum.* Idque nisi particulari privilegio exemptio concessa sit, quemadmodum de Lovanensi Universitate & contentione orta inter illius Rectorem & Episcopum Leodiensem refert Præf. Everardi in locis legalibus loco à tanquam seu respectivis vers. sexto sub finem, eius verba compendit *sanxiole hui. refert.* Lateque per privilegia Lovanii typis mandata probatum est.

Q U Æ S T I O XXVIII.

Exemptus à iurisdictione Legati an sit exemptus à iurisdictione Ordinarii?

S M V M A R I V M.

1. Legatus, est maior ordinario.
2. Exemptus ab ordinario, est exemptus ab omni legato præterquam à latere.
3. Exemptus à iudice an sit exemptus ab illius legato.

Vide-